

/ Admodum R/de Pater. Audivimus etiam nos rumorem incertum,
quo d Pater Campigny coactus renuntiaverit iuri suo in Provinciala-
tu; sed sive hoc sit verum, sive falsum, expectanda est sententia
trium judicum, videlicet Cardinalis Perronii, Cardinalis Rocafaud
5 et Episcopi Parisiensis, quibus Summus Pontifex totam causam com-
misit. Et tunc dñm Provinciali vero declarato, omnia restituentur
in integrum. Interim Reverentia vestra non recipiat monachos ab in-
truso Provinciali istuc missos, et de molestiis eorum apud magis-
tratus seculares, scribat Nuntio Apostolico qui residet apud Regem
10 Christianissimum: ille enim alloquetur Regem vel Reginam, et provi-
debit vestrae indemnitati. Nam et Sanctissimus illi commisit ut cu-
ret negotia vestra, durante ista persecutione Marsiliana. Valeat
Reverentia vestra mei memor in sanctis precibus suis.

Romae die 2 Novembris 1615.

15 R.V. uti frater

Card/lis Bellarminus.

R/do Padri f/ri Dupont. Avenionem.

Paris. Bibl. Nat. fonds français 15794 f.195. copie

double (4 1636)